



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hierakosophion

Demetrius <Pepagomenus>

Lvtetiae, 1612

xij. Ad clauos in palato canis succrescentes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12846

Ad clauos in palato canis succrescentes.

SI in canis palato clauus excreuerint, ammoniaci, quod fuerit satis, gallæ globulos tres aceti cyathum vnum, chartam combustam tritamque misceto, deinde palatum inungito & curabis.

Ad os infixum rictui canino.

CAni si forte os in summa gula hæserit, oleum infundito, & inferiora colli constringito. Quod si autem remouere non poteris, distendito os eius, & aquam tepidam paullatim instillato.

Si sanguisugam inter bibendum deglutiuerit canis.

Cimicibus succensis fumum excitato, quem in se canis recipiat, & extemplo sanabitur. ptisanæ & olei puri librâ vnam coquito & colato: denique mellis puri scrupulum vnum misceto, atque de his cani infundito. *Aliud.*

Sapam & tragacantham madefactam, & succum ptisanæ, & oleum & mel & vitellum oui simul misceto, atque cani infundito.

Ad canem nauseantem.

SI nauseat canis, cibumque omnem fastidit, excrementum humanum ei exhibebis. fusca cum pulegio mixta nares ac os